Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



519

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum · tamquam dicerentur uincantur illi
qui fecerunt quod ait dauid · Non enim hoc paruum malum & paruum peccatum
adulterium & homicidium ·, Quid illi qui ex quo natisunt deuentre matris
suae nihil tale fecerunt · & iam ipsis imputas aliqua peccata ille · omsuinca
cum coepert iudicari ·, suscepit personam generis humani dauid & adtendit
omnium uincula propagine mortis · considerauit originem iniquitatis ·
Aduertit & ait · ecce enim in iniquitate conceptus sum · Numquid dauid de ad
ulterio natus erat · de esse uir iusto & coniuge ipsius quid · ē · quod sedicitur
in iniquitate conceptum · Nisi quia attrahitur iniquitas ex adam · & iam ipsu
inuinculum mortis cum ipsa iniquitate conceptum · ē ·, Nemo nascitur nisi
trahens poenam trahens mertum penae ·, dicit & alio loco proph & ait nemo
mundus in conspectu tuo ne cinfans cum · ē · unius dei uita super terram ·,
Nouimus enim & baptismo xpi solui peccata baptismum xpi uale re ad remissionē
peccatorum ·, si infantes omnimodo innocentes sunt cur matres ad ecclesiā
cum languentibus currunt · quid illo baptismo quid illa dimissione chmittitur
innocentem Uideo magis flentem quam nascentem quid deleunt baptis
mus quid soluit illa gratia soluitur propago peccati · quasi loquitur ubi possit illi
infans dicere & si iam intellectum haberet & quem habebat dauid respondere
& tibi ·, quid me adtendis infantem · Non quidem uides · facinora mea
sed ego in iniquitate conceptus sum · & in peccatis mater mea me in utero alit ·,
Praeter hoc uinculum concupiscentiae mortalis natus · ē · xps sine masculo ex
uirgine concipiente de spū sco · Non potest iste dici in iniquitate conceptus ·
Non potest dici in peccatis mater eius in utero eum aluit ·, cui dictum · ē
sps scs superueniet & uirtus altissimi obumbrauit tibi ·, Non ergo
inde in iniquitate concipiuntur homines & in peccatis in utero matris ·
aluntur quia peccatum · ē · misceri coniugibus ·, sed quia illud quoduaq;
fit de carne poenali ·, poena enim carnis mors · ē · in · ē · utique ipsa mor
talitas unde apostolus non mortuum corpus dixit sed mortuum ·,
Corpus quidem mortuum · ē · inquit propter peccatum · sps autem uita ē ·
propter iustitiam ·, Quomodo ergo sine uinculo peccati nascitur qui
concepitur & seminatur de corpore mortuo propter peccatum opus
hoc castum in coniuge non habet culpam sed origo peccati trahit · secum
debitam poenam ·, Non enim mariti quia mariti · ē · mortalis non est
aut aliunde nisi peccato mortalis · ē ·, Et ut enim & dns mortalis sed
non de peccato suscepit poenam nrā · soluit culpam nostrum ·,